

05

A

2406





53

בשש

REFORMATIO

JOSIÆ REGIS

AB IDOLO לְשֵׁרָה

in templo facta,

Quam

ex II. Reg. XXIII, 6. 7.

Sub PRÆSIDIO

Magnifici h. t. Academ. Rectoris,

DN. JO. FRIDERICI MAYERI,

S. Theol. Doct. & Prof. Ordin. Alumn.

Elect. Ephori gravissimi, Templi OO.SS. quod ad

arcem est, Præpositi Substituti

dignissimi, &c.

DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS atq; PROMOTORIS

sui æviternum devenerandi,

26. Martii solemniter proponet

CHRISTOPHOR. JASTRAM, Lubec.

WITTEBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ. A. 1685.



ABR. V. HAMMO
LIBRARIUS
ABDOLAH
TO FRED. MAUER D.
UNIVERSITÄT HALLÉ



05 A 2406



ABRAHAMO HINCKELMANNO

VIRO CLARISSIMO

de Re litteraria & Studiosa juventute
insigniter merito,

Fausta omnia precatur

JO. FRID. MAYER, D.

Universit. Witteb. h. t. Rector.

Quin me vel audaciæ vel prodigalitatæ ac-
cusare possis, nisi me virtutis amor &
pietas in domesticum omnium piorum favo-
re dignissimum, absolvit, ne iple quidem
inficias ivero. Ille enim ego, qui hætenus tan-
ta aviditate amoris Tui lautitias consecutus
sum, ut inviderem aliis suas partes; Nunc
velut exsaturatus transcribo, etiam favorem in
alterum quasi constitutus dispensator affectus
tui. Itaque sanctissimum pietatis nomen alle-
go, quod hanc de alieno liberalitatem excusa-
bit. Et quid multo ambitu utor? *Fastramum*
valdè pium, industrium & oppidò eruditum,
juve-

juvenem (quod elimatissima hac dissertatione
 nomini tuo aliorumque summorum Virorum
 quos Patronos anxie cupit, & ego ipsi precor
 reverenter inscripta abunde probavit) affectui
 tuo, quem prolixum se jam satis expertum es-
 se prædicat; ulterius commendo. Quantum
 hunc intercessione apud Incomparabilem *Glo-*
xinum, Celeberrimos *Hannekenios*, Venerandos
Reichioq; Magnos reliquos literatorum Mæcenates,
 quos ad arbitrium felices fervet divina bonitas!
 juvare possis, & consilio tuo, novit literatio-
 orbis; quantum velis confidit amor meus, &
 experta jam sæpius voluntas tua. Hanc si ro-
 gando & intercedendo in juvenem Optimum,
 in discipulum & domesticum quoque olim tu-
 um inclinare velim, ignarus essem tui cando-
 ris & obvix facilitatis. Serva itaque ipsi pri-
 stinum amorem, & ea, qua soles, cura & hu-
 manitate illum fove, qui nec sine summo do-
 lore meo infelix esse, nec sine gaudio pari sco-
 pum contingere potest. Quo beneficio majus
 abs te nec accipere ego possum, nec Tu dare.
 Vale, scribeb. Wittebergæ XIV. Martii

A. 1685.



כשׁשׁ

Ab! Fova juva.

ARGUMENTUM.

ISraelitæ עורף קשרו עמ: cur: adorant vitulum conflatum ab Aarone; quem Moncæjus excusat; & populum à culpa liberant Rabbīnorum multi; quibus autem reliqui resistunt. Et quidem recte.

Appellat omni sane merito Jacobi posteros, quos sibi in peculium elegerat asciveratque sanctissimum præpotensque Numen, populum קשרו עורף, duræ cervicis; qui instar equi feri & indomiti, ferendoque jugo nondum assefacti summoperè ferociebat, (a) nec à cursu suo se abduci permittebat. Noverat, religionem & cultum Diis falsis hominumque fictis manibus idolis præstitum, aut unquam exhibendum, indicta gravissima pœna sibi esse prohibitum; & quantum foret zelus DEI irascentis atque punientis, intelligebat, cum legem promulgari in montis apice Sinaitici, multis continuo fulguribus coruscationibusque atque telis mortem minitantibus, extra se ingenti metu rapti cernebant, totamque plagam subsilire quasi ac moveri persentiscerent: noverat, Pharaonem Regem, (b) cum suis subditis

A cum

(a) *Conf. Oleastr. & Malvendæ Not. apud Pol. in Synops. Criticor. in v. 3. c. XXXIII. Exod. R. Aben-Esrae explanationem in Electis Targumico Rabbīn. Christophori Carthwrighti in Exod. vid. & ad R. Salom. Ben Melech in Exod. p. 77.*

(b) *quis ille fuerit, Orusne, an Cenchrus, aut alius quispiam, non satis liquet in tanta rerum Ægyptiacarum paucitate & obscuritate: placet ergo omnium optime Riveti modestia, qui potius abstinet, quam*

cum ob alia perpetrata scelera, tum etiam præcipue ob idolorum cultum (c) tantas in Erythræo mari (d) exsoluisse poenas, ut eorum nullus, aquarum præcipitatis cumulis, evaserit; utut Israelitarum vestigiis imminentes in adversum littus eos abiisse lætos cernerent. (e) Supplicii autem præsentis à summa Majestate vindice Ægyptiis inflicti, ac mandati adeo brevi cepit populum oblivio, ac tanta fuit ejus pertinacia, ut Mose ad Deum regresso, Aaronem ex auro

ut rem incertam lectoribus obtrudat. Nodum, inquit, mihi non solvunt Chronologi, qui cum agnoscant seriem Ægyptiorum admodum turbatam esse, vix aliquid certi constitui potest de Regibus illis, ut nominatim cuique assignari possit, quod in hac historia narretur. Itaque præstat indefinite de Regibus istis, quandoquidem Moses noluit, aut potius Spiritus S. in illo impiorum illorum Regum nomina posteritati aperire, in Comment. Exod. pag. 762. *conf. Osiandr. in Exod. p. 7.*

(c) Sic Rabbini notant, submersionis causam extitisse etiam idololatriam apud Buxtorff. in Lex. Talm. Rabbin. sub voce תַּבְּרִי p.

(d) quod à vicino populo ejusq; Rege potius, Hebrais אֵיִלָּן , quam à colore ita dicitur. Doctisf. ad Anglum Fuller. Miscell. Sacr. l. 4. c. 20. p. 549-588. Sixtin. Amam. Antib. Bibl. p. m. 286.

[e] Volunt equidem Eruditi & imprimis Rabbiorum filii, quod Israelitæ per modum semicirculi ingressi mare fuerint, & ad idem littus se receperint: sed rationes eorum non sunt tantæ, ut populum hunc revera mare transisse pernegemus. Evolve, si lubet, Rivetum in Exod. p. 937. Osiandr. l. c. p. 138. Bonfrer. in Exod. p. 417. Ludovic. de Tena qui Complutensis olim Theol. Professor, in Comment. Hebr. p. 573. seqq. Bened. Pererium Jesuitam Hispanum Romæ, ubi etiam Anno Christi MDC. X. diem suum obiit, in collegio olim S. litteras profitentem, in Exod. p. 478. Locum hujus transitus apud Ichthyophagos habet & describit ex Diodor. Sicul. Bochart, Phaleg. pag. 319.)

idolum sibi suctum fabricare invitarent; conflatum adorarent: gravisimamque Dei iram in se derivarent. Et licet Aaron, primus hujus idoli author, excusetur à Moncæjo: quod nihil aliud fecerit, quam quod postea fuisset faciendum; ponendo vituli imaginem, quæ Cherubini faciem præ se ferret, angelumque denotaret; quem Dominus in via esse præcessurum dixerat: quod autem ipsa Aaronis excusatio & gravisima Mosis reprehensio, subsecutaque Numinis indignatio refellit: tum à multis Rabbinorum, populus Israeliticus Pontificem ad hanc idoli compositionem sollicitans peccato fere liber declaretur, rejicientibus in tumultuariam & ab ipso Jova undique corrasam manuum culpam; (f) insulse tamen & plane impie agunt, suosque necessarios, religioni puta Judaicæ addictissimos à se omnino disfidere vident. (g).

A 2

O sum-

(f) Sic Rab. Salomo, quem male Jarchi nominant, notante *Rich. Simone* in *Histor. Crit. V. & N. T. p. 152.* שחת העם לא נאמר

אלה עמך ערב רב שקבלה: שחת עמך מעצמך וגירתם ואלה נמלכת בי ואמרת טוב שר, בקר גרים בשכינתי הם שחתו והשחיתו: Non dictum est, populus

corruptè egit, sed populus tuus, nempe colluvies & mixta illa turba, quam tu ultro collegisti, & profelytam fecisti, me non in consilium vocato: dixisti que bonum esse, profelytos divinæ Majestati adherescere: illa inquam turba corruptè egit aliosque simul perdidit. R. Aben-Esrae explicationem & consensum vide apud *Carthwrightum l. c.*

(g) Sic R. Moses Gerundensis satis graviter de hoc conqueritur.

אין לך ישראל פירענות שאין ברה אנקיא מעון העגל

Non est tibi ultio, Israel, in qua non sit uncia de iniquitate vituli.

Et huic se adjungit R. Salomo, qui eandem adhibet ejulationem.

ואין פורענות באה על ישראל שאין קצה מפועין עון רעגל

O summam populi incuriam & pertinaciam, quæ nullis monitis, afflictionibus, nullis minis excisionis prohiberi adeo potuit, ut sæpissime salutis fontem deserentes non ad ingenium redierint, & à vicinis gentibus idolorum cultum assumserint. Legenti Judicum historiam, Samuelis atque Regum Libros, rei veritas patebit. Quorum lectionem Scripturæ studiose universam committimus & relinquimus; nobis autem ex II. Reg. XXIII. v. 6. 7. præsentem locum eligimus:

ויצא את האשרה מבית יהוה מחוץ לירושלים
אל נחל קדרון וישרוף אתה בנחל קדרון וירק לעפר
וישליך את עפרה על קבר בני העם:
ויתוץ אתי הקדשים אשר בבית יהוה אשר הנשים
ארגות שם בתים לאשרה:

quæ Lutherus ita vertit: Und ließ den Hahn aus dem Hause des HErrn führen/hinaus für Jerusalem/im Bach Kidron und verbrand ihn im Bach Kidron/und macht ihn zu Staube/ und warf den Staub auf der gemeinen Leute Gräber v. 7. Und er brach ab die Häuser der Hurer/ die am Hause des HErrn waren/ darinnen die Weiber wircketen Häuser zum Hahn.

Tu autem, Sancte DEUS, iuva nos & veritatem edoce!

CAP. I.

Nulla fuit poena Israeli, quin pars ejus aliqua fuerit ob poenam iniquitatis vituli. Neq; etiam à veritate aliena sunt, quæ habet Author אמר ר' יצחק אין לך פורענות ופורענות שבאה לעולם שאין ברו אחר מכר בהכרע ליטרא של עגל הראשון שנאמר וביום פקדי דicit R. Iitzchak : Nulla unquam afflictio adhuc contigit ab eo tempore, quo Aaron effinxit vitulum, quæ non habuerit adjunctam drachmam in depressione libræ vituli illius adorati, quia dictum est : Exod. 32. quandoque afflictiones immittam, de hoc præcipue illorum peccato eas immittam.

De Idolo אֱשֵׁרָה.

CAP. I.

§. I. Vocabuli אֱשֵׁרָה significatio, luci scilicet; quid fuerit? unde dictus §. II. variorum scelerum receptacula: citantur authores §. III. quæ fuerit causa interdictionis div. §. IV. consentiunt quidam Judæi: alii absolute prohibitos dicunt; quod autem Maimon: restringit §. V. ratio Talmud. rejicitur, ut & §. VI. Cocceji §. VII. prima approbatur sententia: Abrahamus primus lucorum author §. VIII. ab hoc in Ægyptum & aliorum transit; à quibus idololatriæ factus §. X. ab Ægypto varia idola: sed significatio hæc in 2. Reg. XXIII. 6. 7. non admittitur, & cur §. X. alii metonymice explicant: citatur Lambinus, & rejicitur: luci rurales religiosissimi. §. XI. אֱשֵׁרָה idolum §. XII. probatur Scripturæ locis 2. Reg. XXIII 15. §. XIII. Exemplo Achabi: qui אֱשֵׁרָה Astartæ templum erexit. §. XIV. quod ex Plinio & Strabone describitur: firmatur a loci (Sidonis) situ. §. XV. probatur aliis locis, & testimoniis Kimchii, Salomonis §. XVI. Abarbanelis §. XVII. Zoharis & הליכות עולם §. XVIII. Paraphr. Chald. Syriaca, Arabica.

§. I. Hæc est opinio recepta plurimorum interpretum, qui, quæcumque אֱשֵׁרָה vox occurrit in sacro codice, plerumque per lucum reddunt, & Græci ἄλσος, quod cum priori, si notionem spectes (adi *Scapula Lex.*) convenit, adhibent. Erat lucus idololatriæ exercendæ consecratus locus: ibi enim impii sacrificabant & idola sua colebant (*Ravanell. in Biblioth. p. 128.*) a cujus rei executione, sacrorum scil. animalium & victimarum immolatione & combustione lucos nomen originem suam traxisse censendum est, quod igni sacrificia absumens ibidem luxerit, & densis arborum ramis obscurum lucum collustraverit. (v. *Joh. Gerb. Vossii Etymolog. Fungeri Etymolog. Matth. Martin. Lexicon Philologicum.*)

§. II.

§. II. Varia autem turpitudinum & flagitiorum, quæ gravissimam Numinis indignationem mererentur, generatim lucis istis fuisse perpetrata, Authores tum sacri tum profani etiam testantur, adeo ut pia mens exhorrescat ea cogitando, & ita humanos animos infra se demitti posse ambigat. Conf. *Diet. Antiquitat. Biblic. V. T. p. 265. - 275 Cosmas Magalian. in comment. in c. VI Judic. Lorin. in Deuteron. p. 302. & in Num. p. 468. Pineda de rebus Salom. L. V. c. VIII. p. 971. seqq.*) *Id o*, inquit Jesuita *Casp. Sanctius*, *præcipue in lucis gentes & inter condensas arbores excitant altaria & suas ibi victimas immolarunt, aut aliud sacrificiorum genus obierunt, ut, postquam indulsisent ventri Diisque genialibus, Veneri sese aut turpiori traderent intemperantiæ, facile ad condensas arbores lucorumque obscuras umbras tanquam ad occulta & ideo opportuna magis libidinum diverticula transirent &c. in comment. in IV. Reg. c. XXIII. v. 7.*

§. III. Hanc ob causam Numen sanctissimum populo Israelitico, qui natura sibi soli fere propria ad idola gentium colenda ferebantur, Cananææ terræ possessionem suis Patribus promissam occupaturo lucos earum confringere & funditus evertere imminis facibus, præcepit, ne his Ethnicorum superstitiosis cultibus implicarentur, & à Domino averfi in calamitates meritas inciderent: quinimmo nullos ad altare suum plane voluit plantari.

§. IV. Cujus interdicti rationem prudentiores Judæi hanc reddunt, מפני שהיה זה הדרך עבודה זרה, נוטעין אילנות בצד מזבח שלה כדי שיתקבצו שמה עם quoniam is ritus erat idololatrarum, arbores scilicet juxta altaria plantare sua, ut ibi conveniret populus. (Maimonid. hal. Abhod. far. c. 6. Moses Mikkotzi præcept. Negat. 44.) Neque igitur Noachidi permissum sive juxta tabernaculum sive

sive templum Hierosolymitanum, sive ut videtur, in loci, ubi adoraret ipse, qualiscunqve ornatum, lucum plantare seu arborum ordines conferere. Confer *Seldenum*, (h) de Jure Nat. & Gent. p. m. 181. seqq. Quod ipsum tamen modo citatus *Maimonid.* restringit in c. VIII. עו, &, cultus superstitiosus si abfuerit, omnino licuisse habere & plantare lucos asserit. Ceterum quod ideo prohibitos eosdem esse Talmudistæ asserant, eo quod confecti hominum manibus sine id mihi non est veri-simile.

§. V. Ne tibi, Lector optime, imponere, & aliquid ex meo cerebro finxisse videar, en! accipe eorum verba propria in tractat. זרה עבודה זרה fol. 45. extantia מה אשרה ומפני מה אשרה מפיסת ידי אדם וכל שיש בה תפיסת ידי אדם אסור אמר רבי עקיבא אני אובין וארון לפניך כל מקום שאתה מוצא הר גבה וגבערה נישארה ועץ רענן דע שיש שם עבודה זרה כוכבים: *Quare lucus est prohibitus, ideo, quia est in eo apprehensio manuum hominis: omne autem, in quo est apprehensio manuum hominis, prohibitum est. Dixit R. Akiba: ego exponam & dijudicabo coram te: quocunqve loco tu invenis montem altum & collem editam, & arborem viridem, scito esse ibi idolum.* Egregia hæc esset artibus & elegans laudatio; quæ tantum abest, ut abolendæ sint & destruendæ, ut potius, cum ab ipso DEO originem acceperint, & ad conservationem humani generis pertineant, tractandæ summo studio ac peramandæ veniant.

§. VI. Neqve etiam *Johannis Cocchii*, & uti jam vocatur

[h] qui cum omnia Cromwellianis armis atq; artibus in Anglia perstreperent, in bibliothecam se suam abdidit foetusqve varios nobilissimos, quos jam possidemus cum maximo nostro comodo & fructu, in publicum divulgavit. Vide *Spizel.* in sel. litterato p. 914. seqq.

Dissertatio

§
catur, Cocceji (i) ratio probabilis videtur, quam de interdictis lucis in *Comment. in Jerem. c. 17. v. 2. p. 121.* profert: *DEUS*, inquit, *vetuerat fieri nemus aut lucum juxta altare suum, non tam, quia gentes id faciebant, ne dissimiles earum essent, quam quod noluit apud altare suum esse voluptatem oculorum, vel commentum humanum, vel potestatem humanam.* Quid quæso de ornamentis templi & tabernaculorum fiet, si Numen nolit adesse hominibus in religionis sacro negotio occupatis aliquod delectamentum? hæc certe, quæ omni tempore, quam quæ interdum modo existebant, adeoque majorem multo voluptatem excitabant, quam luci isti, erunt etiam Coccejo ex locis istis, quæ שכינה (divina Majestas) insidebat, amovenda, si suam velit rationem esse firmam atque ratam.

§. VII. Manet ergo illud potius probatum, interdictos lucos esse, ne Israelitæ gentes imitari dicerentur *Gerhard. in Comment. in Deut. c. VII. p. 461.* Et si hanc averfaretur DEUS oblectationem, aut veluti commentum rejiceret humanum; cur ergo piis istis heroibus, Abrahamo & reliquis concessit? Abrahamum constat plantasse lucum in Beer-saba; quod vel hospitem advenientum gratia factum est, ut in ista regione solis æstu ardentissima & molestissima viatores transeuntes animum aliquantulum colligerent, ne postea oneri succumberent longitudine itineris & viarum molestia defatigati: aut ut ipse umbra tegeretur ad-
sus

|| (i) primum se vocavit Cocchium, ut ex duobus titulis Talmudicis Sankhedrin & Maccoth, quos versione & excerptis Gemaricis instructos edidit, apparet, postea Coccejum, à quo Coccejani nova inter Belgas secta, contra quam potissimum Spanheimius, Hulsius & Heidanus in scriptis suis pugnaverunt, non tamen debellare potuerunt, v. Dn. Alberti disp. in Panegyri. Doctorali de Carthesianismo & Coccejianismo.

de idolo הַרְשָׁן

sus nimium calorem solis, cum sacris daret operam, & quæ ad cultum Dei spectent, incolas religionis veræ, sua Majorumq; culpa, plane expertes perdoceret. Conf. *Petr. Martyr.* in *Genes.* p. 85.

§. VIII. Ex his manavit postea lucorum usus superstitiosus; quem Palæstini & Ægyptii cum Abrahamo frequentissimum ob varias peregrinationes commercium habentes, in suas traduxerunt res, & sicut omnes ferme ritus, quos in colendo Deo vero credentium grex adhibuit, sic quoq; hunc gentiles populi sunt imitati. vid. *Rivet.* in *Genes.* Exercit. CV. p. 407. Primi autem videntur illos posuisse, qui Patriarchis erant proximi. De Ægyptiis testatur illud *Lucianus* de Dea Syria: Πρώτοι μὲν ἀνθρώπων, τῶς ἡμεῖς ἰδομεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἐνοσίχθων λαβεῖν, καὶ ἰσθ' εἰσαῶς καὶ τεμένεα καὶ πανηγύρεις ἀποδέξαι. Primi hominum, quos scimus, Ægyptii dicuntur, & Deorum percepisse notitiam, & templa statuisse, ac lucos, & solemnes edidisse conventus.

§. IX. A quibus (nam de illis vere asseritur, quod πολυθεότητος Gentilium authores sint. conf. *Zimmermann,* in anal. p. 30.) postea in universum orbem hæc superstitiones & vanissimi Deorum nihili (k) sunt derivati cultus. Ceterum an hæc significatio 2. Reg. 23. v. 6. 7. vocis הַרְשָׁן, qua per lucum redditur, habere locum possit, id nobis maxime est dubium. *Nicolaus Lyranus,* (l) non ineptus alias scripturæ interpres, quidem vult h. l., ut alibi, notari lucum, & in atris domus Domini fuisse positum, ut ibidem *Baal* colerent. Sed quibus quæso argumentis illud nobis persuadebit, ut lucum, qui multis constitit altissimis arboribus (v. *Lorin.* in *Deut.* l. c.) angustissimis atriorum spatii limitibusq; fuisse circumclusum arbitremur? his adde, quod reliqua, quæ in textu nostro, huc non quadrent.

B

§. X. Qua-

(k) Hebræis הַרְשָׁן: sic Spiritus S. eos sapissime vocat. Lev. 26. 1. Psalm 69. 5. Es. 2. 8. vide omnino, quæ *Eruditissimus Rainoldus* habet P. II. Censur. Libb. Apocr. p. 1369.

(l) à Lyra vico Normanniæ sic dictus, genere & gente Judæus, sed postmodum ad Christum conversus, Francisci ordini se addixit, referente *Cornel. à Lapide* in *Joh.* p. 249.

X. Quapropter rectius hunc locum alii metonymice explicant, & הַשֵּׁן non tam lucum denotare h.l. quam quod ibidem cultum fuit idolum, asserunt. Quodsi *Lambino* habenda fides erit, qui in *Not. ad Horat.* p. scribit, lucos solius Dianæ fuisse proprios, cum tamen hic de libidinosis agatur, qui sacris Cynthiæ non congruunt, sequitur, non posse הַשֵּׁן metonymice notare simulachrum, quod in luco coleretur; cum, quod non est, pro altero non poni possit: quam tamen opinionem nolo meam esse, edoctus etiam ex aliis Scriptoribus, quod cum Jovi, Junoni, tum ipsi etiam Veneri dicati luci fuerint Gentilium religiosa superstitione. conf. *Lor. l. c.* p. 268. Poëta Mantuanus de luco in urbe media plantato Deæque Jovis conjugii dicato scribit:

Lucus in urbe fuit media, lætissimus umbra:
Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido
condidit.

De quo observandum est, quod *Pineda* l. c. habet, *lucos non urbanos, sed rurales è regione urbium vel villarum confitos fuisse atq; cultos.*

§. XI. Optima videtur eorum omnium sententia, qui per imaginem הַשֵּׁן vertunt. Etenim injustum est & plane absurdum, unam tantum vocabuli alicujus significationem adstruere, cum omnis lingvæ genius in una voce varias, immo interdum contrarias plane adhibeat notiones. Quocirca non dubitamus per vocem hanc intelligere simulachrum, quanquam nec alteram ejus significationem in locis aliis nos pernegemus: quod erectum populus religioso cultu venerabatur atque adorabat.

§. XII. Consentiant Hebræorum Magistri; consentit textus sacer; qui, quem nos sensum asseruimus, confirmat. In eodem capite (2. Reg. XXIII. v. 15) legitur Josias combussisse הַשֵּׁן , quam Jerobeam Bethelè collocaverat: quod nihil aliud, quam aureus iste vitulus; quo Israëllem ab invisendis abstraherat Soly-mis. 1. Reg. XII. 3. 28. 32. Verum, ut objectioni occurratur, quam הַשֵּׁן simulachrum tantum ligneum denotare dicas, responde-mus verbis sæpius cit. *Ravanelli.* Fieri potuit, inquit, ut vituli illi Jeroboami essent lignei, quamvis aurei dicantur, quia deaurati.

§. XIII. Et

§. XIII. Et quod Achabus in gratiam uxoris Sidoniae, filiae Etho-baalis, Sidoniis receptam superstitionem in Samariam introduxerit, procul eam dubio adhibuit, qua Summa ipsis Numina sunt culta. Sic autem in Sidoniorum Theologia invenimus in maximo honore ipsis esse Astharoth, (m) quod autem, cum Graeculi homines in sua lingua ejus significationem non penetrarent, in ἀσσο-ἀρχην detorserunt. v. *Füller. Miscellan. Lib. 1. c. 4. & Baal.* His insignia etiam aedificarunt templa, quae tanta erant pulchritudine & splendoris venustate, ut omnium oculos in se converterent, animosque hominum externi decoris cupidiorum plane suo fulgore occupaverint.

§. XIV. Erant quippe, *Plinio Libr. 5. c. 19. & Strabone l. 16.* testibus, columnae aureae, & stantes e smaragdo cippi: quibus addita multorum Regum anathemata & victoriarum monumenta templorum majestatem adaugebant. Haec ergo procul dubio idola Samariae curavit coli Achabus Rex; quae majorum gentium, quos vocant, Deos praese ferebant. Et si respiciamus loci situm, non ipsis adeo receptus erat lucorum usus: quippe qui querebus, ilicibus & reliquis procerae magnitudinis arboribus constabant; & nulla falce aut securis acie, jubente illud superstitionis religione, succidendi aut saltem violandi erant. Jam vero Libanus, qui urbi imminebat & ad Smyrnam per 150, stadia inde excurrerebat, meras ferme habebat cedros: quae cadebantur frequentissimae, & ex iisdem magnifica palatia & templa struebantur. i. *Reg. 5. 6. 7. conf. Selden. Synt. 11. de Astharoth p. m. 234.*

§. XV. Et quoties in scriptura legitur, (quod non raro fit) אֲשֶׁרָה subter frondosa arbore & in colle excelso posita, toties habere te testimonium memineris, quod illam etiam admittat notionem, quam haecenus prolixius asseruimus. Recte itaque

B 2

nos

(m) quod idolum an ab ovium multitudine, quae ipsi consecratae, an vero, quod ad earum formam imagines haec factae fuerint, ut Kimchius vult: צלמים עושיים בצורות עשתרת; an vero ab oppido & loco, in quo cultum, dictum fuerit, incertum, & in utramque partem disputatur. v. *Selden. de Diis Syr. p. 231. seqq.*

nos docent Hebræi, non esse vocem hanc arctis adeo limitibus includendam, sed ita potius procedendum, ut simulachri etiam notatio inferatur. Ejus est sententiæ R. David Kimchi in libro Radicum sub voce אֲשֶׁר apud Selden. l. c. p. 236. qui omne lignum, quod colitur, אֲשֶׁר dictum esse scribit. Ipsissima ferme verba habet R. Salomob in מכלל יופי in Exod. c. 34. quæ omnia ad c. XII. Deut. repetit. כָּל עֵץ שְׁעוֹבְדִין אוֹתוֹ אוֹ נוֹטְעִים אֲשֶׁר אֵין לָכֶם לְכַבֹּד מִי שְׁעוֹבְדִים אוֹתוֹ יִקְרָא אֲשֶׁר (per metonymiam; ligneum simulachrum) quod colunt aut plantant ad gloriam, ab iis ipsis, qui illud colunt, אֲשֶׁר vocatur.

§.XVI Quibus non assensum suū subtilissimus alias & ferme unicus Judaicæ superstitionis, quanquam infelici successu, defensor Abarbanel in comm. ad c. 44. Jerem: invidet: וְאֲנִי כִבְדֵתִיךָ דַעֲתִי שֶׁהִבְעֵל שֶׁהָיוּ עוֹבְדִים הִיא כִנְגַר הַשֶּׁמֶשׁ וְהוּא נִקְרָא מוֹלֵךְ כִּי הוּא מֶלֶךְ עַל כָּל בְּנֵי שָׁחַץ וְהָאֲשֶׁרָה שֶׁהָיוּ עוֹבְדִים הִיטָה כִנְגַר הַלְּבָנָה וְהִיא גַם כֵּן נִקְרָאת מַלְכַת שָׁמַיִם כִּמוֹ שִׁיכְנָה הַכְּתוּב הַשֶּׁמֶשׁ בְּשֵׁם מוֹלֵךְ כֵּן כִּינָה הַיָּרֵחַ בְּשֵׁם מַלְכַת שָׁמַיִם וְכִמוֹ שִׁיכְנָה הַשֶּׁמֶשׁ בְּשֵׁם בַּעַל לְהִיּוֹתוֹ בְּעֶדְךָ חֲלִבְנָה כִּבְעַל הַנּוֹתֵן מֵהוֹרֵוֹ וְזִיווֹ עַל אִישְׁתּוֹ כִּכֵּה כִינָה אֵת הַיָּרֵחַ בְּשֵׁם אֲשֶׁרָה שֶׁהִיא שֵׁם הַנִּקְבָּה כִּאִילוֹ הִיא נִקְבַת id est. Ego antea jam edocui sententiam meam, quod Baal, quem coluerunt, fuerit loco Solis, & hic vocetur מוֹלֵךְ, quippe hic super omnes filios feræ regnat, & אֲשֶׁרָה, quam coluerunt, fuerit loco lunæ, vocetur מַלְכַת שָׁמַיִם. Etenim quemadmodum Scriptura Solem cognominat nomine מוֹלֵךְ, ita etiam cognominat eadem lunam nomine מַלְכַת שָׁמַיִם. Et ut sol vocatur בַּעַל, quod in respectu ad lunam sit instar mariti, qui de suo splendore & decore cum uxore communicet, sic etiam luna appellatur nomine אֲשֶׁרָה. quod nomen est foeminini generis, quasi illa sit foemina solis, & illius desiderio teneatur: hic autem ei dominetur.

*.XVII. Huc

§. XVII. Huc pertinent, quæ ex *Zohare*(n) adducuntur in *Kabbal. denudata* p. 169. אשר vocatur maritus uxoris; ipsa autem juxta mariti nomen vocatur אשרה. Unde etiam 2. Reg. 23. 4. dicitur: לבעל ולאשרה quasi sensus esset: marito & uxori; quicumque enim colunt solem, appellantur cultores Baal, & qui lunam colunt, cultores אשרה vocantur. *Ascherah* ergo fœraine nomen est ex appellatione mariti *Ascher* &c. & R. Josua Levita in פאמרו בגמרא התם כי קא וטרי p. 107. רבנן אשרה פי עא ושור הנסקל quæ Constantinus L Imperator sic vertit: illic in *Gemara* dicunt, illud sapientum absolvere ad partem tantum, sensus est, ad mactatum idolis & bovem lapidandum referri. Et quod non silentio prætereundum est, vox אשרה in sua origine spectata talem etiam significationem indicat: quæ autem non ab אשר *incedere* & in Piel *beatum prædicare*, deducenda est, sed ab Arabica radice derivanda, (شجر), quæ in I. & III. Conjugat. ferra aliquid dissecare, ut ex eo simulachrum aut simile quicquam conficiatur, notat.

§. XVIII. Neque discrepant paraphrases; Chaldaica utut videatur in versione admittere significationem *luci* nobis hic rejectam, nihil tamen obstat, quo minus aliquod idolum intelligamus. Textus habet אשרתא, quod cum אשרה significatione convenit, & terminatione tantum Chaldaica differt. Ceterum a versionis autore per lucum reddita est, in quo præconcepta o-

B 3

pinio

(n) nomen est commentarii allegorici & Cabbalistici in *Pentateuchum*, quem vetustissimum esse Judæi ajunt. conf. *Rich. Simon. Hist. Critic. V. & N. T.* p. 154. Membrum autem ille fuit congregationis oratorii in Gallia, qui ordo in honorem orationum, quas in diebus carnis suæ Salvator fudit, à Petro Berullo Presbytero Parisiensi & postea ob pietatem in Cardinalium numerum ab Urbano VIII. Pontifice assumpto institutus & Bulla Pauli V. Anno 1613. edita, efflagitante Regina Maria, confirmatus est v. *Author. vite Job. Morini* p. 3.

pinio plus valuit, quàm vera ratio. Interpres Syrus (o) in cap. nostro vel ter aut quater vocabulum hoc per idolum reddidit. Adhibuit autem אֲשֵׁרָה quod à radice timoris notationem inferente, deducitur & idolum significat, quasi diceres terculamentum. Arabs (p) vertit ter in nostro capite אֲשֵׁרָה per أشرف quod non quodvis simulachrum aut imaginem significat, sed eam imprimis, quæ sacrificiis variis victimisque & divino cultu veneranda ac colenda erat. Talem quippe emphasin significatio radicis hujus أشرف requirit; quippe *quæ Dei cultui vacare atq; deditum esse, sacrificare, bonum gratumq; odorem facere* notat. Conf. Jac. Golii *Lexicon Arb.* p. 2362. Ex illis omnibus evadit satis manifestum, non frustra illa dici, sed veritate esse firmissime fundata, quæ de ejus notione asseruimus; & res ex subsequentibus patebit clarior.

CAPUT II.

Summaria.

§. I. Ascheræ domunculæ ex sententia Sanctii. II. qui refutatur. III. De idololatria explicatur: Quid בתי אשירה ex R. Salom. sententia. IV. Quæ nam illæ mulieres? describuntur ex Herodoto. V. ubi in templo sederint; lege ad hæc flagitia cogebantur. VI. iterum describuntur hæ domunculæ ex Ben Melech. earum origo statuitur. VI. Notantur Spencerus & Marshamus: objectiones proponuntur. VII. & refelluntur. VII. sententia nostra proponitur & probatur ex Ezech. 16. recitantur verba Maldonati.

§. I. Huic igitur אֲשֵׁרָה s. idolo mulieres leguntur texuisse בתי אשירה domunculas. De quibus varie disputatur. Jesuita *Sanctius* in comm. h. l. putat, domunculas in lucis adhi-

(o) qui quis fuerit suppeditabit *Hottingerus* de version. in lingv. Vernac. p. 164.

(p) an R. Saadias Gaon, an alius quispiam v. *Hotting.* l. c. p. 206.

adhibendas, in templo eas texuisse. Domunculas, inquit, luci quidam esse putant velamenta quadam, ex quibus tabernacula fierent, in quibus meretrices foeminae aut pathici pueri suam celarent ab omnium oculis impudentiam. Neque enim, credo, ita omnes, qui in lucis scortabantur, pudorem profligarunt, ut istam turpitudinem, maxime quae esset à mascula libidine, in omnium oculis invercunde desigerent &c. Neq; ab his domunculis longe aberant funiculi illi, quibus sua lustra vallabant puellae Babylonie ad eandem negotiationem & questum. Haec mihi magis probabilia, sed fortasse domunculae illae ex arborum frondibus atque ramis texebantur, quales sibi ab obviamateria construunt, qui in sylvis agunt, locisque nemorosis, ut species saltem lucorum apparet in adumbrato luco, quem in templo formarat Judeorum inanis & stultae religio.

§. II. Ceterum quis non videt eum sibi non constare: cum paulo ante dixit, de lucis tractans, fuisse in iisdem excitata altaria & immolatis victimis & ventri praestito desiderio libidini etiam vacasse pessimae; jam vero in cit. asserit, adhibita fuisse haec tentoria, ut objectis iis oculi averterentur adventantium: verum si in lucis hi exercebantur actus, qui arborum ramis ita obscuri ac opaci, ut solis radii non tenebras propellerent, in quem finem velamenta haec? & si domunculae haec cum lustris Babylonicis congruerent; quae in omnium oculis & viis erant posita; quomodo inter arbores condensas? genus etiam texturae minus convenit cum significatione v. אֲשֵׁרָה, quae in textu, quae texturam singulari cum arte factam notat; qualis olim usurpata fuit in contextendis vestibus Pontificis & sacerdotum; quae sane tanta fuit, ut omnium oculos in se converteret, inque admirationem raperet; ut constaret magnam esse illius majestatem, in cuius cultu occupati sint hi cincti tam artificiosis vestimentis. Nec alia censenda est, quam quae aranearum, quae procul dubio ab אֲשֵׁרָה אֲרָנָה dicta est, telam imitetur; quae adeo subtilis ac artificiosa est, ut nulla ars exacte eam exprimat; quo factum, ut Minervam, qua hominum industria ingeniose adumbratur, ab ea victam esse fabulati fuerint. Conf. Braun. de vestit. Sacerdot. Hebr. L. I. c. 16. Deinde etiam

etiam distincta plane confundit: sunt ipsi hæ domunculæ adumbratus lucus; repugnante textus littera. Præterea hæc ipsa est opinio fundata falsa hæc hypothesi; quasi אֲשֶׁרָה lucum semper denotet; cui contrarium pluribus supra ostensum est: adde his, quod mulieres texentes operi huic non conveniant.

§. III. Hinc alii ut difficultatem rei fugiant nec alios offendendo ipsi offendantur, de spirituali fornicatione locum explicant, quod eo nomine Scriptura idolorum cultum sæpius appellet (q) cum sicut mulier à viro, sic populus à Deo ad idolorum cultum conversus fuerit, quod nos non rejicimus & analogice habere locum affirmamus: modo si litteralis & principalis sensus hic præcipue respiciatur, quem & intendi tot circumstantiæ docent & corporalem etiam libidinosum actum, qui in honorem istorum putatiorum אֱלֹהִים fiebat, intelligi significant. v. Fridliebii Medull. Theol. Exeg. p. 465 R. Salom: in מַכְלָל יוֹפִי h. l. בְּתוֹם per aulæa s. וְרִיעוּת exponit, statimq; hæc subjungit insequentia: וְרִיעוּת הָיוּ אֲרָגוֹת שֵׁם וְהוֹרִיעוּת הָיוּ בְּתוֹם לְאֲשֶׁרָה כמו בְּתוֹם לְבָרִים aulæa ibi texuerunt; & hæc aulæa fuerunt instar domiciliorum Ascheræ, quemadmodum hæc vox ita usurpatur Exod. 25. 27. (ut sint) domunculæ vectibus, i. e. quasi quædam receptacula, in quibus vectes isti, quibus mensa deportanda erat, quiescebant.

§. IV. Ut autem mentem meam explicem, verisimile est, mulieres intelligi eas, quæ concepto voto Veneri se consecraverant, gratissimum se Deæ præstituras esse arbitantes, si omnium libidini sua corpora exponerent. Solebant autem illæ ipsæ ut plurimum in viis apud gentes consistere, & quando aliquis advenientium pecuniam suppeditabat, earum una abducta, Veneri vacabat. Audi, ut Herodotus eum ritum l. i. describat. *mulieres, inquit, sexta s. corollam circum capita habentes ad templum Veneris sedent: & quedam quidem abeunt, aliæ vero adeunt. Nam diverticula undicunq; sic funiculis distincta aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuiq; libuerit eligendam.* Porro cum

(q) Rainold. P. II. Cens. libb. Apocryph. p. 1155. & Ursin. T. II. Anal. l. 2, quæst. 39.

semel illic confederunt, non prius domum regrediuntur, quam hospitem aliquis pecuniam mulieri in sinum injecerit, & cum eadem seorsum abducta rem habuerit. Conf. Voss. de idol. p. 413. & Corn. à Lapide ad c. 6. Baruchi. Hunc igitur ritum à gentibus institutum & adhibitum Judæi imitati intra templum admiserunt.

§. V. Nolo asseruisse, quasi universam domum occupaverint hi perditissimi mortalium (r); sed eam templi partem in sedisse dico, quæ חַיִּים Hebr. dicta fuit; quod omnis generis homines, mundi, immundi, gentiles, excommunicati, lugentes huc potuerint confluere. Hæc enim templi pars, communiter atrium gentium, suam longitudinem ad 500. usque cubitos extendebat (t) & à reliquis atriis, quæ tria adhuc erant, sacerdotum, Israelis & Regum, per ἄνταξιον seu antemurale (u) sejungebatur. Hoc ut latissimum amplissimumque elegerant profligati pudoris homines, ne alter alteri impedimento esset. Eo autem usque processum fuit vanissima hac superstitione & iniquitate, ut latis legibus ad ista committenda vitia invitarentur. Lege (x) sancitum fuit apud Corinthios, sicut in libro de Pindaro scriptum reliquit Chamæleon Heracleotes, ut, quando civitas magnis de rebus Veneri supplicat, quam plurima amica ad supplicationem capiantur, Deaque postea ipse nuncupentur.

§. VI. Hæ ergo foeminae non prius dimittendæ, nisi defloratæ essent, ut haberent quod interea agerent, texebant suis manibus & artificiose satis בְּתִים, quod R. Sal. Ben Melech & Kimchius per יריעות exponunt; quorum ultimus cum citatis ex illo verbis eadem habet & insequentia adjungit. אֲפֶשֶׁר שְׂדוּי אֶתֶּן

C

יריעות

(r) Emman. Saa annotat. in II. Reg. XXIII. v. 7.

(s) Otton. Lex. Philolog. Rabbin. p. 55-60.

(t) Sic ex tr. Middoth. habet Lichtfoot. Chorogr. c. 28.

(u) Caspar Sanctius in comm. in Lib. Sam. & Reg. p. 1480.

(x) Athen. L. 13, c. 9.

יריעור תלויות סביב האשרה היה כית ומקום ופידש
Probabile est, quod בעל הערוך כמו מכילתא שהם מדור
fuerint hac ipsa aulea suspensa circumquaque circa idolum, ut
esset instar domicilii & fixa sedis. Et explicat Author libri, qui
Baal Aruch inscribitur, & comment. in Exod. allegoricus Mechil-
tha dictus, quod fuerint mensurae, i. e. velamenta longissimae ma-
gnitudinis, ut tale ex iisdem posset confici tentorium, quale in de-
serto Dux Isacidum divino jussu struxerat. Ibi enim יריעה ple-
rumque adhibetur: neque improbabile est gentilium demonola-
triam imitatum esse religiosam pietatem mulierum Exod. 35. 25.
quinimmo: totam horum אֲוֵלָהוֹם structuram confectioni tento-
rii in deserto originem suam debere mecum asseret, qui paullo ac-
curatius fabulas (y) gentilium ex sacris historiis desumtas & ritus
profanos exinde etiam translatos mecum reputaverit.

§. VII. Sed nescio, quo præpostero amore atque zelo
 adversus impiam gentilium prudentiam abrepti quidam omnia in
 sacris Hebræorum usitata ritualia eorum ritibus originem debere
 non erubescant credere & proluxo scripto ejus etiam rei proba-
 tionem conari; in quibus facile sunt principes *Johann. Spencerus*
 & *Job. Marshamus*, uterque Anglus, quorum autem artes fig-
 mentaque delusit satis graviter ejusdem fidei *Hermannus Wit-*
sius Prof. Trajectinus in *Aegyptiacis*. At hæc hypothesis quàm
 falsa sit, cuivis licet intelligere. repugnat enim Dei O. M. pruden-
 tia, quæ summa est, à gentibus hos ritus à suis in cultu sacro ad-
 hibendos mutuari? At, inquis, hoc ipsum opus est div. sapientiæ,
 qua pertinaci populo recepta concessit, & aliena in sua transtulit
 objectis eorundem immutatis. Judæis dudum jam baptismus est
 adhibitus, & profelytos eo imbui tam necessum erat, quam cir-
 cum-

(y) conf. *Samuel Bochart*. Phaleg & Canaan, ubi passim fabu-
 larum vestigia in sacris exhibet. *Dickinsoni* Delphi Phœ-
 nicissant. *Daniel Huet*. Demonst. Evang. L. 1. pag. 99.
 seqq.

circumcisionem sustinere, aut oblationem offerre; (z) quibus partibus isagoge in Ecclesiam absoluebatur proselytorum: sed nondum tamen sacramentum fuit initiationis à Deo confirmatum; ut illud, jubente Christo, Johannis ministerio effectum est.

§. VIII. At multa adhuc differentia ponenda est inter ritus à Judæis & gentilibus adhibitos: illi enim vel Patriarcharum instituta sequebantur, vel fundamentum etiam habebant in Script. salt. analogicum: hi Scripturæ autem plane repugnabant. Et si gentilibus hæc usitata erant, inter quos Judæi degerant, quorsum nova visione opus, quæ Mosis omnium faciendorum תבנית (Abriss) exemplar exhibebat? Manet E. illud potius probatum, gentiles ea, quæ Hebraicis similia habuerunt ceremoniis, ab ipsis accepisse, at postmodum ad alia objecta transtulisse: quorum numero & hæc tentoria per בתים indicata merito annumeramus, in quibus hosce homines coisse, consuetudine ab Assyriis & Phœnicibus accepta perditissima, jam diximus.

§. IX. Atque illud ipsum est, quod graviter adeo vituperat in populo Ezechiel c. XVI. 15. 16. 23. fecisse eum fornicationem, & exposuisse se libidini omnium transeuntium in במות fanis ex velamentis multicoloribus compositis: quod ut ita explicetur, tum analogia textus, tum consensus interpretum requirit. Confiteor equidem imprimis hic notari gentis cultum alienum ipsi usurpatum, cum, uti R. Salomo explicat, quotiescunque usurpetur vox זנות i. e. scortationis, & tribuatur genti Israelitica, intelligatur idololatria; sed neque illud quisquam inficiabitur, locutionem istam ab isto ritu perditissimo desumptam & ad idolorum cultum esse translata; ut cum spiritualem tum corporalem etiam in-

(z) Selden. de J. N. & Gent. p. m. 139. & Buxt. in Lexic. Talm. sub voce זנות

(a) Conf. Hieron. Prædum in Ezech. in hl. p. 196. Grot. apud Pol. in Synopsi Crit. in hl. Magnum nostrum Calovium in Bibliis Illustr. hl.



includat fornicationem. Videtur illud ipsum R. Salomon cit. loc. agnovisse, quando פשק ita explicat: פירושו ותפתחי והנני פירושו ותפתחי והנני פשק id est: sensus verbi פשק idem est, ac si diceret; aperuisti, ad modum foedissimi concubitus. Recte ergo Maldonatus: (c) alludit, inquit, Propheta ad consuetudinem prostitutarum meretricum, qua in bivviis aut triviis sedent, ut omnes praetereuntes ad libidinem invitent. Sic de Thamare legimus more meretricum in bivvio sedisse, qua Judas sturus erat. Gen. 38. 14. (d) At si אשתרן idolum Astartoth significat, ut auctor Zoharis & Abarb. nos docuit, qui ipsi sacra Veneris conveniunt? en! accipe, quae Vossius de Idol p. 408. & p. 449. habet: Astarte caeli filia à Sanchuniathone (e) vocatur: quod luna optime convenit: ast illam ipsam Astartem Venerem Phœnices predicant. Martinus de Roa (f) Theologus Hispanus consentit nobiscum in eo, quod mulieres Veneri consecratae fuerint hæ ipsæ; sed earundem opus hoc fuisse putat, quod lectulos texuerint, quibus incumbentes (g) more tum consueto convivium agitaverint Deorum: quem autem vocabuli אשתרן significatio, tum textus etiam, qui, quod illæ tales fuerint domunculae, in quibus destruendis multum operæ ponendum erat, indicat, refellit.

CAPUT

(b) v. cit. Auth. in hl. & adde, quæ ipsi in ordine sequuntur.

(c) Comm. in Ezech. c. XVI. v. 25.

(d) Conf. R. Abarbanel. in hl.

(e) quis ille fuerit, docet accurate satis Bochart. Canaan p. 855. seqq. & Huet. in Demonstrat. p. 74.

(f) in Singul. Script. p. 155.

(g) conf. de hoc accumbendi modo Ciaccon. & Hieron. Prædum in cap. XXIII. Ezech. p. 289.

CAPUT III.

§. I. Sed nunquid ad exemplum Josiæ erunt etiam imagines in templis politæ tollendæ? sic volunt Calvinistæ, qui tum hoc utuntur facto ad probationem suæ sententiæ, tum præcepto Exod. 20. 4. ex quo secundum faciunt Decalogi; & nobis nonum decimumque in unum contrahunt; quibus autem illud unicum tantum opponimus, quod quanto melior essentialis divisione accidentali sit, tanto nostra melior Calviniana, reliqua in nostris vide: *Varen. in Exod. Calov. T. XI. Syst. Theol. p. 7. Affelmann, Synt. p. 16. f. Balduin. vom Bildern. p. 256. seqq. Meisner. in adiaphor. disp 2. & aliis. Adversariorum sententiam continet tum B. Forster. in Thef. Catech. in quo Marpurgenses & Anhaltinos gravissime nos accusantes citat, tum ipse Calvin. Rainoldus in coll. adversus Jesuitam Hartum (h) conjunctionis pulverariæ reum; pag. 106. Laudant etiam summopere Ezechiæ zelum, quo incensus serpentem aneum deiecit & confregit. His addunt, quod Judæorum conversionem prohibeat imaginum usus: quorum mentem cum eleganter doceat *M. Anton. de Dominis, (i) ipsius verba accipe. Hi (Judæi) acriter in nos insurgunt, quod quæ profitemur divinæ vet. etiam Scriptura cognitionem & decalogi observantiam, imaginibus tamen innumeris contra præceptum pateamus. Et quidam Judæus Lusitanus in amica disputatione A. cl. I. XIIV. habita, quo jure, inquit, gloriantur Christiani, quasi decalogum in pretio habeant facientes simulacra. ap. Hoornb. Ex. Bull. Innoc. VIII. de cultu Imag. p. 71.**

C 3

tes.

(h) conf. de hoc colloquio *Casaub. in ep. p. 741. & Hoornbeck Sum. Controv. p. 267.*

(i) L. VII. de Rep. Eccles. c. XII.

§. II. In eo autem omnem fere rei suæ firmitatem collocant, quod in primitiva Ecclesia nullus fuerit earum usus, quin quingentis primis annis nullas in templis fuisse, & ideo perperam in illis collocari, affirmat *Calvinus* Lib. I. *Instit.* c. XI. Sub IV. seculum, sive ex contagio hæreticorum, seu superstitiosa gentium æmulatione t. qui pravo insito affectu, in idola feruntur homines, coeptæ primum Imagines à Christianis haberi privatim & in domibus. Sub V. seculum publice atque in Ecclesia, sed raro usu vel ad memoriam & usum aliquem Historicum. *Hornbeck.* l. c. p. 76. conf. *Forbesium* Puritanum *Instruct. Hist. Theol.* L. IX. c. 10. Prolixior est *Rivetus* in *Exod. & Mosanus* (k) in argumento hoc tractando, sed non adeo sibi constant, ut non crebriore dissensione suæ bonitatem causæ prodant. Urgent Patrum testimonia, quibus ea interdicta esse simulachra probant. Quid autem est, ut de his adeo glorientur, qui cum unum errorem omnivirium conatu destruere anniterentur, sæpius in alterum oppositum, vel deciderunt, vel quodammodo decidisse videntur. Conf. *Sixtum Senensem* *Præf. Lib. V.* pag. 410. Sic *Tertullianus* artifices statuarum & imaginum & omnis generis simulachra seculo intulisse diabolum arbitratus est, & cum imaginem nullam aut visam, aut auditam, in primitiva asserant Ecclesia, illi prius considerent, quæ tunc temporis rerum facies, ut opus habuerint Christiani, quocumque modo suos tegere conventus metu tyrannorum, locumque & tempus eorundem celare, tantum abest, ut in exornatis magnifice ædibus congregati fuerint. His paulisper cessantibus Ecclesiam Christianam antiquissimam, totam & universalem & summo consensu imaginibus esse utam est certissimum. conf. *M. Anton. de Dom.* l. c. §. 37. Nolo provocare imagines CHRISTI, Mariæ, & Apostolorum, quæ à Luca pictæ feruntur, teste *Niceph. l. 2. Hist. Eccles. c. 43. Edit. Front. Duc.* nolo *Metaphrasta* assumere auctoritatem, qui eadem confirmat, & ab ipso Antiochiæ

(k) in apologet. pro investiva Concion. *Abrahami Sculteti* in imagines Pragæ habita,

relictas esse has imagines dicit, cum ille fabularum collector dici mereatur, ut *Casaubon. in Exerc. Anti Bar. & Philipp. Labb. de Script. Eccles. Par. 2 pag. 102.* hic vero Sanctorum vitis, quas ipse conscripsit, multa ex proprio ingenio addiderit, fatente *Bellarmin. de Script. Eccles. ad Ann. 850. p. 193. seqq.* illud tantum profero exemplum, ubi *Epiphanius* se velum ante Christi crucifixi imaginem dilacerasse in templo Bethlemitico, ad *Hieron. restatur, apud M. Anton. de Dominis l. c.* huc refero Concilium *Eliberinum* (ab *Eliberide Hispaniæ civitate*, in qua habitum. *Gesn. de Concil. p. 100.*) cuius Patres usum earum ex templis exterminarunt: conf. *Balth. Meisner. in adiaphor. disp. III. Tertull. L. de Pudic.* ipse meminit calicis, quem Pastoris imago ornabat ovem humero ferentis: quid contra hoc objiciat *Rivetus*, solidissime refellit *Danhardver. in Iconoth. pag. 59.* Sed hæc mittamus & legibus, non vero his exemplis judicemus. Præceptum hoc divinum, quod ex *Exod. 20. 4.* hi urgent, non interdicat omnem imaginum facturam; cum alias sibi ipsi repugnaret sanctiss. Legislator, qui Pontificem & sacerdotes non unam jussit in vestibus habere imaginem variorum florum, uti exposuit cit. *Braun. de vestitu Sacerdotum.* Et quot quæso simulachra non exornabant templum; quæ non procacitate hominum, sed ipsius *Jovæ* jussu introducebantur? nonne simulachra boum, Cherubinorum &c. aperte tatis ibidem extabant! Qui ergo legem hanc sancivit, is omnium optime mentem ejus penetrat & percipit; hic repetit in *Exodo* conscriptum præceptum *Levit. 26. v. 1. &* verbis his אִשָּׁרָה לֹא תַעֲשֶׂה לְעִלְיוֹתָב ab usum earum prohibet, sobrium autem & civilem earundem usum permittit: si simpliciter & absolute eas vetuisset, frustra fuisset illud additum. Conf. *Chemnit. Exam. pag. 673. seq.* Atque hujus rei veritas tam immota stat, ut multi adversariorum eandem non potuerint inficiari. *Bucer. in Enarrat. cap. 1. Rom. Petr. Mart. in Loc. pag. 214.* *Beza* passim in colloquio *Mompelgart. ap. Forst. cit. loc. Amesius; imagines hoc loco (Exod. 20. 4.) simpliciter*

ter non prohibentur, quia civilis earundem usus est legitimus; sed imaginum usus in cultu Dei. Sciagr. catech. Christ. pag. 155. cum consecratio omnimoda cultusque absit & figura utcumque ejus, quod alias interdum pro Numine habetur, ornatus tamen causa locum hic habeat, non est omnino, cur violata legis nostrae nomine incuser. &c. Selden. de I. N. & G. L. 2. c. 7. p. m. 211. De statutis fatetur Piscator, apud Danhavv. l. c. licitum esse eas erigere in memoriam alicujus beneficii divini: quæ tamen in eodem cum imaginibus interdictionis gradu extant positæ; quæ etiam Dionys. Vossii in N. ad Maim. p. 82. est sententia. Conf. Rainold. P. 2. Cens. pag. 1362. Nos plenius ex sacris litteris & catholica antiquitate dicimus prohiberi, II. illo præcepto efformationem sive figurationem it. assumptionem & susceptionem cujuscunque rei, quæ per naturam non est Deus, ut religiose colendum & adorandum in honorem exemplaris vel rei significata. Sunt verba cit. supra Forbesii pag. 340. Judæorum inhiberi conversionem illicito imaginum usu facile concedimus; de licito, quem nos historicum & memorialem dicimus, id pernegamus. Etenim illi ipsi docent, fuisse justorum imagines in templo: Baal Hatturim in Exod. cap. 25. שנים כרוכים בגמטרי' אברהם יצחק יעקב שהיו שם כדי להזכיר זכות אבות. Duo Cherubim per gematriam, Abraham, Isaac & Jacob, qui ibi in propitiatorio aderant ad revocandum in memoriam justiciam Patrum. ap. Joseph. de Voisin Theol. Jud. pag. 91. & Magnus ille Maimon. cap. 8. ט' §. 13. Idolum, inquit, quod gentiles ipsi priusquam Israelitis in manum veniret, profanum judicarunt, in usum suum convertere licet. Dictum enim est, sculprilia Deorum illorum igne exuretis: quibus verbis significatur (exurenda)

da) si venerint in manus vestras, quo tempore iis cultus tribuebatur divinus. Nam eo desinente licita habentur. Sed unum restat telum, quod Calvinistæ ex historia Hiskia & Josia Regum desumunt, qui, cum imagines in idola verterentur, destruxerunt; illorum pium esse zelum imitandum. Sed nos distingvimus inter imagines gentilium & relligiosas, & inter eas historicas, prioris generis abolendas aut ita reponendas esse statuimus, ut superstitione ac metu scandali sublato in testimonium idolomania Gentilium & antiquitatis historicae monumentum essent; ut eodem fini Theodosius Imperator & Theophilus Episcopus quasdam Deorum statuas leguntur recondidisse, sicut id Förster. in *Theol. Catech.* enarrat. Ad Ezechia factum respondemus, non fuisse illum necessitate absoluta compulsum ad serpentem istum destruendum; verum quod videret populum Φιλειδωλον, offendiculum hoc majoris periculi vitandi causa sustulisse: Christianum autem Magistratum, qui in moratiores & faciliores subditos inciderit, posse simulachra ac imagines conservare, quamvis aliquantulum illicito cultu profanata fuerint; si prius tamen abusus ille auferatur, & verus usus maneat. Conf. D. Dorschei *Theol. Moral.* quæ jam è tenebris, curante Magnifico Dno. Præsidente, eruitur & cum litterato orbe communicatur, in *Decal.* p. 20. seqq. Cur ergo obloqui audetis Rivete, Mosane & reliqui, tantæ rei veritati; zelum vestrum contra imaginum adoratores non equidem rejicimus; quod omnes autem frangi cupiatis & præliminari, hoc est, quod nos cum Gregor. I. qui idem responsum Severo Massilia Episcopo dedit, (y) improbamus.

Ceterum antequam finem imponamus, vindicandus est Lutherus noster Megalander, qui Reformatis & præsertim Riveto vapulat, quod in initio suorum operum videatur pictus ante crucifixi imaginem procumbens. Audit enim illa reduxisse, quæ Dei opera adjutus improbavit. Sed quæso ne mature nimis

D

glori-

(y) Conf. L. VII. Epist. CIX. &c. in *Epist. Remonstr.* p. 866.

glorieris, mi Rivete: quid videtur de illo, quando Psalter scabel-
lum Dei adorare jubet Ps. 99. 15. & Daniel versus civitatem san-
ctam adorasse legitur. Dan. VI. 10. Deinde etiam distingvo cum
ipsorum domestico Scriptore, *Sixtino Amam. l. 5. Antib. Bibl.*
pm. 535. inter objectum corporis adorantis & adorationis relli-
giose: hujus solus Deus est. At objecta corporum adorantium
possunt esse varia: Israelita Deum adoraturi faciem versus ar-
cam & templum convertebant &c. Videat Rivetus, quid
ad hac responderit.

Der
geoffenbahrte Ehren-Fleiß/
welchen
Den EhrenBesten/ Borachtbaren und
Wohlgelahrten Herrn/
Christoph Castram/
SS. Theol. Stud.
Seinen werth-geschäzten Freunde
und
Herrn Landsmann/
wiewol mit stumpffen Ziel/
dennoch glückwünschend
überreichet
dessen Ergebenster
Friedrich Strottmann/ Lubec.

Wie

W^{ie} läßt die Tugend sich doch niemals schlüssen
ein/

Der helle Diamant spielt auch in tunkeln Grüfften/
Ein reiner Morgenstern glänzt in Saphirnen Lüfften/
Kein schwarzer Wolckenberg verdirbt den Sonnenschein/
Der Adler Edler Flug wil nicht im Staube schweben/
Und Sinnen von Begier die wollen sich erheben.

In grünen Hainen hüpfte die süsse Nachtigall/
Auff Samens Federn ruht der Geist gelehrter Sinnen/
Und sucht durch Schrifften nur den Nachklang zu ge-
winnen/

Ja unser Hauptschlusß ist/ ein wirbelrunter Ball
Mit dem Gelücke spielt der Wechsel dieser Zeiten/
Wo Fleiß der Nachwelt will die Cronen zubereiten.

Diß zeigt an dir mein Freund / die Hercules That ietzt an/
Der du von Jugend auff nach Weißheit Zucker schautest/
Und nicht auff erübe Sand des Lebens Glücke bautest/
Der Tugend Richtschnur hieß dir eine rechte Bahn/
Ein gut Buch war dein Stamm / die Federn dessen
Zweige /
Die Dinte die Begier / zu lernen / was nie schweige.

Du hast das wahre Ziehl gewislich nicht verschlet/
Jetzt kleidet Weißheit dich mit ihren hohen Gaben
Und heisset deinen Ruhm in meine Schrifte eingraben/
Die Pallas hat vor dich die Lorbeern schon erwehlt;
Reiß du hier Hainen ein / so hör auch dieses wieder/
Dass man auff Seiten dir stimmt an die Sieges-Lieder/

Dein

Dein ungemainer Fleiß so hohes in sich führt/
Und wie das Feuer stets wil in die Höhe steigen/
Den wolle Gottes Geist auff ihren Staffeln zeigen
Wo auff den sauren Schweiß die Ruhe wird gespüert
Und wann diß Böken Haus der Welt Gott wird zers
stücken
So müsse Salems Lust dich ewiglich beglücken!

E N D E.



ULB Halle
003 792 676

3




05 A 2406

1017







כשש
REFORMATIO
JOSIÆ REGIS
AB IDOLO תשרה

in templo facta,

Quam

ex II. Reg. XXIII, 6. 7.

Sub PRÆSIDIO

Magnifici h. t. Academ. Rectoris,

DN. JO. FRIDERICI MAYERI,

S. Theol. Doct. & Prof. Ordin. Alumn.

Elect. Ephori gravissimi, Templi OO.SS. quod ad
arcem est, Præpositi Substituti

dignissimi, &c.

DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS atq; PROMOTORIS

sui æviternum devenerandi,

26. Martii solemniter proponet

CHRISTOPHOR. JASTRAM, Lubec.

WITTEBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ. A. 1685.